



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

280 Res sacræ quarti seu generis seu gradus, vt fundi similesq[ue] res
Ecclesiarum perpetuæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

§. 1. 10. q. 2.) & non resecrationis re integra manente seu formam suam retinente dum reuocatur in vsus prophanos. verum de resecratione degradationi similima nos plura diximus in Antiquitatibus nostris Ecclesiasticis in Syntagmate de iure prouentuum Ecclesiasticorum ad c. 2. de testam. nu. 34. & seqq. vbi docuimus & Monachos Deo votos atque consecratos posse per Summi Potificis ita dispensantis resecrationem desinere esse monachos, cum characterem non imprimat monachis Professio monastica, sicut imprimat Sacerdotalis ordo Sacerdotibus (vt & Ordines alij ordinatis aliis) qui nunquam desinunt esse Sacerdotes etiam si degradarentur. c. quod quidam. §. si forte. & §. degradatus. 1. quaest. 1. Caeterum praeter hos tres rerum sacrarum & quidem etiam spiritualium gradus reperitur & quartum quoddam genus rerum non quidem spiritualium proprie dictarum sed sacrarum nihilominus, vel in perpetuum Deo vel Ecclesiae dicatarum, citra consecrationis vtz vllius interuentione; qualia sunt praedia resq; similes & mobiles & immobiles & corporales & incorporales & animatae & inanimatae quarumlibet Ecclesiarum: tales enim res adnumerari sacris rebus, & in iis per sese etiam solis committi sacrilegium, quauis non simonia, eo quod spirituales non sint, docemur ex c. nulli. & c. praedia. 12. q. 2. Quod & ipse D. Thomas agnoscit 2. 2. quaest. 99. artic. 3. Quales quidem res licet ex natura sua per se (quod consecratae non

278
Resecratio
nostris igno-
ta.

279
Monachus
potest fieri no
monachus.

280
4. Res sacrae
quarta seu ge-
neris seu gra-
dus, vt fundi
similesq; res
Ecclesiarum
perpetuae.

k iij sint

fint sed per significationem remotiorem sacre dicantur propterea quòd dicatæ sint Ecclesiis) veniant in commerciũ, prudenter tamen cautum iure fuit ne citra singulares quasdam solennitates alienarentur tot. tit. de Rebus ecclesiæ alien. vel non. Reperitur & quintum rerum Deo vel Ecclesiæ deiquæ ministris aut etiam pauperibus obuientium genus, quæ nõ nisi ad breuissimum tempus quasi ad momentum sacre quodammodo dici possunt, sed remotissima quadam rerum sacrarum sumptione; quales esse constat species Deo vel Sanctis in vñs aliquos pios in templis oblatas, nõ vt illic perpetuò maneant, vel vt per sese seruiant ipsis Ecclesiis in sua natura, sed vt mox auferantur atque distrahantur, pecuniis inde confectis. Qualia quin promiscuè subijciantur commerciis hominum dubitari non potest; non magis quàm de fructibus & prouentibus Ecclesiarum cæteris, dequæ pecuniis earundem, vel etiam de pecuniis in oblatione sacram venientibus: quæ omnia simulatq; placuerit insumi, nõ secus atque verè merequæ prophana commercio promiscuo subduntur (vt vel ipsa declarat euidencia rerum) quantumlibet interim donec abalienentur sacra censeantur c. habebat. & cap. Episcopi. 12. quæst. 1. Nec mirum, quando & hominum priuatorum pecuniæ vel res in loco sacra propter securitatem depositæ, si subtrahantur, sacrilegos efficiunt. c. quisquis. vers. similiter. 17. q. 4. & l. aut facta. §. locus. n. de pœnis. coniuncta l. Diui. n. ad l. Iuliam pecula-

281

3. Res quedã
sacra remo-
tiss. significa-
tione, vt res
oblata, pecu-
nia, fructus,
&c.

282

Sacrilegium
atiã in ro pro-
phana in loco
sacro deposi-
ta.